Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36519
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



remissione peccorum hodiernisque fecimus
in memoria facientes.
Unde et memores domine nos tui ser
ui sumus et plebs tua sancta ejusdem domine ex
filii tui domini nostri tam beatae passionis nec
non ab inferis resurrectionis sed et in celos gloriosae as
censionis offerimus praecelsae magnificentiae tuae de
tuis donis ac datis hostiam puram hostiam
sanctam hostiam immaculatam panem sanctum uite
terne et calicem salutis perpetue.
Supra quae propitio ac serenno uultu re
spicere dignaris et accepta habere sicut
accepta habere dignatus es munera pue
ri tui abel et sacrificium patriarche nostri
abrahe et quod tibi obtulit summus sacerdos tuus
melchisedech sanctum sacrificium immaculatam
hostiam.
Supplices te rogamus omnipotens deus iube
hec perferri per manus sancti angeli tui in sublime
altare tuum in aspectu diuinae maiestatis tuae ut quotquot ex hac altaris participatione sacrosanctum filii tui corpus et sanguinem sumpserimus omni benedictione celesti et gratia repleamur per eundem christum dominum nostrum.
Memento etiam domine famulorum famularumque tuarum N. et N. qui nos
praecesserunt cum signo fidei et dormiunt in
somno pacis. Ipsis domine et omnibus in
christo quiescentibus locum refrigerii lucis et pacis ut
indulgeas deprecamus per eundem christum dominum nostrum.
Nobis quoque peccatoribus famulis tuis de multitudine miserationum tuarum sperantibus partem aliquam et societatem donare dignaris cum tuis sanctis apostolis ac martyribus. Johanne.
Stephano Matthia Barnaba Ignatio Alexandro Marcellino Petro et Felicitate Perpetua Agatha Lucia
Agnete Cecilia Anastasia et cum
omnibus sanctis tuis. Intra quorum nos consortium
non estimator meriti sed ueniae quaesumus largitor
admittas per christum dominum nostrum.
Per quem haec omnia domine semper bona creas,
sanctificas, uiuificas, benedicis et prae
stas nobis per ipsum et cum ipso et in ipso est tibi deus pater
omnipotens in unitate spiritus sancti omnis honor et
gloria.
Per omnia secula seculorum. Amen.
Preceptis salutaribus moniti et di
uina institutione formati audemus dicere.
Pater noster qui es in celis sanctificetur nomen
tuum adueniat regnum tuum fiat uo
luntas tua sicut in celo et in terra panem nostrum cotidianum da nobis hodie
et dimitte nobis debita nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris ne nos inducas in temptationem sed libera nos a malo. Amen.
Libera nos quaesumus domine ab omnibus malis prae
teritis presentibus et futuris et intercedente pro nobis beata et gloriosa semperque uirgine dei genitrice Maria sanctis apostolis tuis Petro et Paulo atque Andrea da propitius
pacem in diebus nostris ut ope misericordiae tuae adiuti simus semper liberi a peccato simus semper tuti a perturbatione securi per eundem christum dominum nostrum filium
tuum qui tecum uiuit et regnat in unitate spiritus sancti deus.
Per omnia secula seculorum. Amen.
Pax domini sit semper uobiscum. Et cum
spiritu tuo. Agnus dei qui tollis